

Aduertencias para

ut Fratres Ordinum Prædicatorum, & Mi-
norum de obuentionibus omnibus tam fu-
neralibus, quām quibuscunque, & quomodo
cunque relictis, ad quoscunque de termina-
tos vius, necnon de datis, vel qualitercunq;
donatis, in morte seu mortis articulo, in in-
firmitate donantis, vel dantis, de qua dece-
serint quomodocunq; direc~~tē~~ vel indirec~~tē~~
Fratribus ipsis vel alijs pro eisdem: quartā
partam Parochialibus Sacerdotibus, & Ec-
clesiarum Regoribus, sen Curatis largiri in-
tegre teneantur. Postea vero Fratres Prædi-
catores & Minores, & omnes alij Mendicā-
tes, & ex non Mendicantibus etiam habuere
quām plurima priuilegia Apostolica ad il-
lam non soluendam, ut patet in Compendio
verb. Canonica portio. Et Frater Emanuel
Tom. I. qq. regul. q. 39. art. 2. egregiam re-
fert Nicolai. 5. concessionem Fratribus Car-
melitis factam, q̄ non solum non teneantur
Fratres soluere quartam, vel Canonicam
portionem, de omnibus in alijs concessio-
nibus contentis, sed neq; etiam de funera-
libus, oblationibus, neq; de his, quę eis ab-
solute quomodocunq; legantur, vel largiun-
tur, non obstante Clementina Dadum de Se-
pultu-